

85
CVM

VIR SVMME REVERENDVS,
AMPLISSIMVS ET ERVDITISSIMVS

D O M I N V S

M. IO. CHRISTIANVS
STEMLERVS,

ECCLESIAE TORGAVIENSIS PASTOR
PRIMARIVS, ET DIOCESEOS EIVSDEM SVPERIN-
TENDENS GRAVISSIMVS, NEC NON SCHOLAE IN-
SPECTOR INSIGNITER MERITVS,

IN ACADEMIA LIPSIENSI

D. IX. FEBR. MDCCXXXI.

SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES

DIGNISSIMVS CONSEQUERETVR,

COGNATIONE SANGVINIS DVCTVS

PIETATEM SVAM

ON HOC QVALICVNQVE CARMINE

TESTATVM IVIT

M. IO. CHRISTOPH. STEMLERVS,

ECCLES. ZIEGENRVCCENSIS PASTOR SVBSTITVTVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

85.

*H. C. Hoffmann
H. C. Hoffmann*



M. IO. CHRISTIANVS STEMPERAS

Tam sua segnis hiems squalentia protulit ora,
Et boreas gelidas spargit ab axe niues.
Terra riget, fluuique strepunt et frigore
torpent; M. IO. CHRISTIANVS
Ut nequeat rigidas scandere remus aquas.
Nullus honor filuis, moerent sine amore
volucres;

Et tristes errant per nemus omne ferae.
Quisque suos, bruma sic impellente, penates
Quaerit, et ante focos otia grata capit.
Sed bene habet: Phoebus scandit, Ganymedis et astrum
Lustrat, et orditur longior ire dies.
Laetor, namque Tuas ANTISTES, scandere cerno
Laudes, vt video surgere solis equos.
Dum Tibi Doctoris confert illustre brabeum
Plissa, Tuis meritis debita ferta ferens.
Quanta, hoc auditio, mulserunt gaudia mentem,
Te summum Eusebies sumere rite gradum.
Sanguis enim nobis et consuetudinis vius,
Vt scis, a teneris vnguibus vnuſ erat.
Porta, Neostadium Plissa et testantur amores,
Et nostrae socium foedus amicitiae.
Ilic Tecum olim comes impiger ire solebam
Aonidum in montes Caſtaliumque nemus.

Ingenuas et ibi vernans exæcta per artes
(Saepe recordor enim) nostra iuuenta fuit.
Nam meminisse iuuat studii, veterumque locorum
Dulcis adhuc oculis haeret imago meis.
A teneris mecum doctis nutritus in aruis,
Quot Tua virtutum mens documenta dedit?
Tu mihi Pierii quaerenti Numinia docta
Et comes et ductor per iuga montis eras.
Nunquam Te pigræ flexerunt otia mentis;
Nec, qui dilapidat tempora, ludus iners;
Sed labor, et pulcher, qui pectora nutrit honesta,
Non interruptæ sedulitatis amor.
Te iuuit studiis hyberno fidere segnes
Noctes et longos continuasse dies.
Hinc etiam Tibimet doctae sua munera Musæ
Omnia munifica contribuere manu.
Ornabat cultae facilis Te copia linguae:
Eloquique Tibi gratia semper erat.
Doctrinaeque pio coelestis amore calebas;
Haufit quam mentis vis operosa Tuae.
Addo pios mores, et vitam labore carentem,
Et stabilem pulchra cum grauitate fidem.
His igitur tinctus studiis, et dotibus auctus,
Coepisti ingenii spargere dona Tui.
Testis Sangerhusa, Tuæ mirata politas
Mentis opes; Musis dux vbi fidus eras.
Numburgum quoque testor, vbi Tibi non ita pridem
Pindi post templi credita cura fuit.
Cum ludo ciuis recolit, quot dulcia quondam
Dogmata ab exculto carpserit ore Tuo.
Hinc moti REGIS quoque tradendos Tibi facros
Torgauiae fasces gratia celsa iubet.
Hem, quanto zelo, PRAESES REVERENDE sacrorum,
Accuras purae religionis opus!
Quam vigili studio sacrum tutaris ouile,
Ne Tibi surripiat Pluto dolosus ouem!
Scis etenim Satanae fraudes, quot concitet hostes,
Quot moueat Christi tristia bella gregi.

Non ita frēdēntis fremit ira incensā leonis;

Non ita carniuori lingua cruenta lupi;

Effera quam stygii rabiesque furorū draconis.

Tendentis genti retia tecta piae.

Ergo ne stygii succumbant fraude leonis,

Et pressi pereant intereantque greges;

Praefidibus sacris opus est, qui mente paterna

Sollicite curam pro grege semper agant.

Hoc, STEMLERE, facis recte. Par fama labori,

Par laus doctrinae gloria parque Tuae.

Et quam laeta sibi Tua gens, ecclesia et omnis,

De titulo sperant fata futura nouo?

Dum meritos recipis sancti Doctoris honores,

DVLCE DECUS SACRI PRAESIDIUM QVE

Hinc resonent laeto cum Torgauia inclita plausu,

Plaudo, simulque pio pectori fundo preces.

Viu diu fospes, PRAESES DOCTISSIME, quondam

Parsque sodalitii maxima paene mei.

Sis Pharus in tenebris et coetibus ancora firmans,

Commissique sacri portus et arā chorū!

Te pascente gregem Christo solamine verbi

Credita dīpereat non ouis vlla Tibi.

In bellis Domini sis inuidissimus heros,

Teque Tuosque Dei gratia summa regat.

Interea quodcunque meos accedit ad annos,

Seimper inoblita Te pietate colam,

Da mihi Te placidum saltem, Tibi sanguine iuncto,

Desine nec Pyladi porro fauere Tuo.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148



3

TA -> 0L

K018

b7



CVM
 VIR SVMME REVERENDVS,
 AMPLISSIMVS ET ERVDITISSIMVS
 DOMINVS
**M. IO. CHRISTIANVS
STEMLERVS,**

ECCLESIA
 PRIMARIVS, E
 TENDENS G
 SPE

IN

SVMMOS

DIG

HOC

M. IO.

ECCLES. ZI



NSIS PASTOR
 VSDEM SVPERIN-
 ON SCHOLAE IN-
 ERITVS,

SIENSI

XI.

IA HONORES

ERETVR,

IVCTVS

CARMINE

TEMLERV,

R SVBSTITVTVS.

MIANA.

18. Februar 1748

H. C. Holzschu